ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 179r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uideri; unde et apostolus ad hebreos dicit; pacem se
quimini et sanctificationem. sine qua nemo uidebit dm;
haec ergo est sanctificatio quam iubet dns fieri. quam
et apostolus in uirginibus esse uult. ut sint sanctae corpore
et spu. Sciens sine dubio quod qui fecerit dno sanctifi
cationem per cordis sui et corporis puritatem. ipse uide
bit dm; Faciamus ergo et nos sanctificationem dno.
et omnes unam et unusquisque per singulos; unam
omnes fortasse sanctificationem ecclesiam facimus quae
est sancta. non habens maculam aut rugam. hoc
modo. si columnas habeat doctores et ministros
suos. de quibus dicit apls; petrus et iacobus et io
hannes qui uidebantur columnae esse. dextras dederunt
mihi et barnabae societatis; In tabernaculo ergo
hoc columnae serris intrinsecus iunguntur. in ecclesia
doctores datis sibi dextris sociantur; sed columnae
istae in argentate sint. et bases earum in argentate.
Binae autem bases columnis singulis deputentur.
Una quaeque caput dicitur et supponitur. alia quae
uere basis appellatur, et columnae uelut profunda
mento subicitur; In argentate ergo sint columnae
idcirco quia qui uerbum dei praedicant accipi
unt per spm eloquia dni. Quae sunt eloquia casta
argentum igne probatum. isti autem praedicatio